

munis sit. cccLiiii. si in symbolis mure cccLxxxiiii diebus termi
nari. Totumque lunaecursum decennouenali circulo con
prehendi. Sed & errantia sidera suis quaeque spatii zodiaci
circumferri. Quae natura non iuxta aethnicorum de
mentiam dea creatrix una de pluribus. sed ab uno uero deo
creata est. quando sideribus caelo inditis praecepit ut sint
insigna & tempora & dies & annos.

DE MINUTISSIMIS TEMPORUM SPATIIS

Hora xii^a pars diei est. si quidem xii horae diem complent.
Dño adtestante qui ait. Nonne xii horae sunt diei. si quisambu
lauert indie non offendet. Ubi quamuis alligoricæ sed diem.
discipulos uero qui a se illustrandi fuerant. horas appellauerit
soltito tamen humanae computationis ordinem numerum defi
niunt horarum. Verum notandum est. quia si omnes anni
dies duodecim horis putentur. aestiuos necesse est dies longio
ribus brumales uero breuioribus horis includi. Si uero omnes
horas aequiperare hoc est aequinoctiales habere uolumus.
brumali diei nihilominus pauciores & aestiuo necesse est
plures tribuamus. Recipit autem hora quattuor punctos.
x minuta. xv partes. xl momenta. & in quibusdam lunae com
potis quinq; punctos. Non enim hae diuisiones temporum
naturales. sed uidentur esse condictiuae. Nam cum calcu
latores necesse esset uel diem in xii uel horam in iiii. aut x
aut xv. aut xl aut in alias quaslibet & minores maiores ue
quid distribuere particulas. quae siere sibi uocabula quibus
id quod uolebant nuncupare. & alter utrum dinoscere possent.
horam uidelicet appellantes quod est tempus hora id est ter
minus sit. sicut & uestimentorum. fluuiorum. maris quoq;
finis oras uocitare solemus. Punctos uero. a paruopuncti
transcensu qui fit in horologio. Minuta autem a minore
interuallo uocantes. Partes a partitione circuli zodiaci
quem tricenis dieb. per mensis singulos fundant. Porro
momenta a motu siderum celerissimo nuncupantes. cum ali
quid sibi breuissimis in spatii cedere atq; succedere sentitur.
Minimum autem omnium & quod nulla ratione diuidi queat.